



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Tempus pro rebus temporalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

...more humano tunc cibi acceptantur, & comeduntur. Quod si in instrumentum alterius destruantur: vide de re accepta Titul. 3. ca. 3. §. 1. i. Quarto, idem de Lugo tom. 1. de iust. d. 16. §. 1. i. probans comedentem notabilem ciborum quantum, & committere furtum proprii dictum; non dominicationem quamvis eos cibos destruat, quod aliquid apud se illorum respanear, assignat rationem. *humano modo illa videtur esse vera* inquit, *applicatio ad proprium usum*. Sic ergo dicere possumus in casu nostro: Humano modo illa in convivio, videtur vera usurpatio rei, & applicatio ad proprium usum; Cur ergo non se habet Religiosus, activè nec passivè dumtaxat? Quinto, Religiosus, si secularis mittat ad Religiosum eas res comedendas, postea Religiosus nomine alieno consumere, non est absente Domino; sicuti, eodem absente, postea quis eas proicere, sine peccato contra pauperes. Unde enim id repugnat? ergo non subsistit differentia de Domino præsentem, vel absente in comestione. Tercio, Satis ergo erit in ejusmodi convivio recurrere ad paritatem materię, ut excusetur, quis à mortali, & hoc facit consideratio à nobis allata. 1. in 13. item ab omni culpa immunis fiat, curat Religiosus ad tacitam licentiam; quæ in his comestibilibus facit, quæ in ceteris præsumi potest, quia earum acceptio cedit in commodum Monasterii, ut rectè norant Doctores, & Sanchez, lib. 7. in Dec. c. 21. n. 3. Factus 1. 8. de iust. d. 13. de Rel. 1. 8. c. 11. n. 41. Vide, quæ de iust. d. 13. c. 4. de quantitate furti Religiosorum prædicta paritate materię.

CAPVT III.

Qua ratione acquiratur Dominium.

Vo regulariter à legibus requiruntur ad acquirendum dominium, Titulus lib. 1. 2. 6. & 7. ff. de acq. dominii, & Traditio l. traditionibus, C. de pactis l. 1. de rei inventione. Sic Molin. 1. tr. 2. d. 4. Dic. 1. 1. de iust. & jure, tract. 1. d. 1. d. 9. Quid Traditio sit, patet ex ipsa declaratione vocis. At Titulus est principium, basis, radix, & veluti causa moralis, ex qua nascitur dominium, unde dicemus se esse Dominum alicujus rei, istam inquirimus, quo Titulo? Duplex autem est Titulus, verus, & præsumptus. Verus est, v. g. Edictum, legitima Donatio, Hereditas, Legatum, &c. ut etiam in rebus incorporeis, Electio, Collatio Officij, &c. Præsumptus est, quando quis putans bona hñe vendidit, v. g. vel donatorem esse verum Dominum rei donatæ, vel venditæ, rem habet pro sibi donata, vel vendita, &c.

1. Dixi primò, (regulariter duo requiruntur) ali-quando enim sufficit solus titulus: nam hæres, v. g. & Legatarius rei determinatæ, acquirunt dominium bonorum Defuncti sola acceptatione hereditatis, vel legatij; etiam jus Ecclesiasticum acquirunt sola electione acceptatione. Loca item pia, & Civitates acquirunt dominium rerum donatarum; vel venditarum ante rei traditionem, seu possessionem, & denique si Princeps det feudum explicando se velle transferre dominium ante possessionem feudatarij sine transfert. Atque in his casibus debet consequenter dicere, hos acquirere statim ius in re, nec solum ius ad rem.

2. Dixi secundò, (à legibus) nam jure Naturæ non est necessaria ipsa traditio: est tamen rationi congruum ut tunc transferatur, seu acquiratur dominium rei, quæ res, quæ erat in manu, & possessione materiali vnius, transiret in manum alterius.

4. Adhuc inquires, quomodo acquiratur dominium, & huiusmodi Titulus, & legitima possessio? Respondco, tunc multis modis, variisque juxta rerum exigentiam.

Part. 1.

ita Molin. Dic. 1. c. alique Iurisperiti passim. Nam verbi gratià, Dominium hominum acquiritur per captivitatem ex bello iusto, emptione, donatione, natiuitate ex ancilla, quæ neque tempore conceptionis, neque tempore partus fuit libera. Animantia munueta, vt & dona stabilia, vel mobilia, donatione, hereditate, emptione, præscriptione, prima occupatione, aliisque similibus titulis. Animantia fera, captione, aliisque modis passim videndis apud Doctores. Nos enim ex his ea, quæ prætaxi sunt necessaria, explicabimus inferius, *de Furto, & de Restitutione*, hic solum de præscriptione tanquam in proprio loco nonnulla tangemus.

CAPVT IV.

De Præscriptione.

§. I. Communia de Præscriptione summam afferuntur.

1. Per legitimam præscriptionem acquiri in utroque foro rei dominium, res est iam nunc omnibus certa, quia potuit Princeps per legem ob bonum commune rem unius alteri applicare, ut fusi Doctores mox citandi, quibus adde Tolosanum, Abbatem maiorem, Facchinacum, aliosque apud Dic. mox citandum, & Molinam disp. 61. à num. 6. Quare si ad antiquum Dominum post legitimos annos præscriptionis res casu reuertatur, illam sine novo titulo is non posset sibi usurpare, usurparet enim alienum, quiddam in contrarium infirmo fundamento dixerit Valer. in differentia utriusque for. v. Præscriptio diff. 6. sine.

2. Præscriptio ergo est acquisitio domini, vel alieni iuris peremptio per continuationem temporis lege definita. Lege Mol. tr. 2. d. 60. Lell. 1. 2. cap. 6. Dic. 1. 2. de iust. tr. 1. d. 1. d. 12. Castr. Pal. de iust. in gen. de unica, a p. 12. Ex qua definitione colligis quatuor requiri ad legitimam præscriptionem, possessionem, bonam fidem; (mala enim ex jure Canonico, cui semper standum, nunquam præscribit) titulum præsumptum, tempus, de quibus passim Scribentes. Solum quoad tempus aliquid est pro Tyronibus explicatius addendum.

Tempus pro rebus temporalibus.

3. Ad res mobiles præscribendas sive privatorum hominū l. 1. m. C. de usur. transf. & jure de usu. §. 1. sive Ecclesiæ etiam Romanæ ex Mol. c. d. 68. si adsit Titulus, sufficit triennium; Si non adsit, nihil est in jure constitutum, putamus tamen, cum Mol. ibid. Lell. 1. c. num. 22. tum contra privatum, tum contra Ecclesiā, triginta annos requiri.

Cum enim hoc in jure decretum non sit, erit id statuendum ad normam istius præscriptionis immobilium, ad quam deposcuntur, ut dicemus, triginta, vel quadraginta anni.

4. Res autem immobiles, inter quæ numerantur servitutes reales, ut adversus privatos cum titulo præscribas, decem anni inter præsentem, satis superque sunt duplicati, id est, viginti inter absentes l. mala fidei c. de præscr. longi temp. decem, vel viginti annorum (præsentem dicuntur, qui in eodem Territorio, licet non in eadem Civitate; absentes, qui in diverso Territorio commorantur, l. sit de usu. §. 1. l. cum longi, C. de præsc. 10. vel 20. annorum) At verò, sine titulo, triginta omnino requiruntur, de quarta de præsc. & communiter. Hinc, si quis sit præsens septem annis, v. g. & postea egrediatur Territorium, alibi habiturus, opus sunt alij sex anni, & non solum tres, ut contra illum præscribatur, quia anni qui deerant in præsentia, duplicari in absentia debent. Quare cum in casu posito desint tres anni præsentia, requiruntur in absentia sex.

C c

§. Dixi

